12924 f. 13.
1568/3344.

GRÆCÆ

George Gleed

GRAMMATICÆ

COMPENDIUM.

Greek Grammar

LONDINI:

PROSTANT APUD G. ET G. GINGER, AD INSIGNIA COLLEGII WESTMONASTERIENSIS, JUXTA SCHOLAM REGIAM.

1794.

Literæ GRÆCORUM *ſunt viginti quatuor.*

Figura	Nomen		Poteſtas
Α α	ἄλφα	alpha	a
Β β ϐ	βῆτα	beta	b
Γ γ ϒ	γάμμα	gamma	g
Δ δ	δέλτα	delta	d
Ε ε	ἐψιλὸν	epſilon	e breve
Ζ ζ ϛ	ζῆτα	zeta	z
Η η	ἦτα	eta	ē longum
Θ ϑ θ	ϑῆτα	theta	th
Ι ι	ἰῶτα	iota	i
Κ κ	κάππα	kappa	k c
Λ λ	λάμϐδα	lambda	l
Μ μ	μῦ	mu	m
Ν ν	νῦ	nu	n
Ξ ξ	ξῖ	xi	x cs
Ο ο	ὀμικρὸν	omicron	o parvum
Π ϖ π	ϖῖ	pi	p
Ρ ϱ ρ	ῥῶ	rho	r
Σ ϛ σ ς	σῖγμα	ſigma	ſ
Τ τ ϯ	ταῦ	tau	t
Υ υ	ὑψιλὸν	upſilon	u
Φ φ	φῖ	phi	ph
Χ χ	χῖ	chi	ch
Ψ ψ	ψῖ	pſi	pſ
Ω ω 24	ὠμέγα 24	omega 24	o magnum 24

Ex Literis ſeptem ſunt vocales α, ε, η, ι, ο, υ, ω. Reliquæ ſeptendecim ſunt conſonæ.

Vocales

Duæ longæ η, ω. Duæ breves ε, ο. Tres ancipites α, ι, υ.

Longæ { η, ω } analoga eſt { α & ε, ο }

Ex vocalibus fiunt diphthongi; ſex propriæ, αι, αυ, ει, ευ, οι, ʊ; ut αἰθὴρ, αὐχὴν, εἰκὼν, εὐχὴ, μοῖρα, μοῦσα. Ubi nota, α, ε, ο, ſunt præpoſitivæ, ι, υ, ſubjunctivæ.

Sex impropriæ, ηυ, ωυ, υι; ᾳ, ῃ, ῳ, punctulo ſive iota ſubſcripto; ut ἠυχόμην, ὠυτὸς, ὑιός, ϛιϛματίᾳ, μέϭῃ, λόγῳ.

N. B. Iota eliſum ubique ſubnotatur, ut κέραϊ, κέρᾳ; literis verò majuſculis quietum ponitur ad latus, ut Ὠιχέλο.

Conſonæ

Mutæ novem { Tres Tenues, π, κ, τ. / Tres Mediæ, β, γ, δ. / Tres Aſpiratæ, φ, χ, ϑ. }

Triplex harum ἀνλιϛοιχία { π, β, φ. / κ, γ, χ. / τ, δ, ϑ. }

Cæteræ octo ſunt ſemivocales, λ, μ, ν, ρ, σ, ζ, ξ, ψ.

Quarum quatuor liquidæ, λ, μ, ν, ρ. Tres duplices, ζ, ξ, ψ (i. e.) δσ, κσ, πσ.

Tenuis conſona, elisâ ſuâ vocali, ante aliam aſpiratam in aſpiratam mutatur, ut ἐφ' ᾧ pro ἐπὶ

ἐπὶ ὦ; & binæ ϖ, κ, in ſuas aſpiratas φθ, χθ, ut τίφθ' ἕτως, νύχθ' ὅλην, pro τίπ|ε ἕτως, νύκ|α ὅλην: item ἐκ ante vocalem aſpiratam fit ἐχ.

Aſpiratio literæ vix unquam perit.

Duæ aſpiratæ malè inchoant contiguas ſyllabas.

Litera γ ante γ, κ, ξ, χ ſonum obtinet quaſi ex ν & γ compoſitum, ut ἄγ|ελος, ὄγκος, λάρυγξ, ἔγχος.

Litera ν mutatur in
- γ ante γ, κ, ξ, χ.
- μ ante β, μ, π, φ, ψ.
- λ, & plerumque ρ, σ, ante ſimilem.

Litera Sigma, ſuæ poteſtatis unica, in fine vocis figuram habet Latinæ *s* ſimilem.

Literarum Ligaturæ è tabulâ diſcantur, *p.* 13.

Spiritus

Super initialem vocalem ſcriptus, duplex eſt: Lenis ad ſiniſtram (᾽), Aſper ad dextram (῾) cornuta lunula, ut ὄρος, ὄρος.

Vocales initiales plerumque levigantur; υ verò & ſemivocalis ρ aſpiratur, ut ὕλη, ῥίς: quòd ſi ρ in medio geminatur, prior levigatur, altera aſpiratur, ut μύῤῥα.

H. Nota priſca Aſpirationis fuit, ut Ηεκατὸν pro ἑκατόν.

Notæ Dictionis et Sententiæ.

Hypodiaſtole quaſi comma mediæ dictioni intervenit, ut ὅ,τι.

Semicolon eſt punctum ſuperlineare (·).

Nota interrogationis (;) eſt Semicolon Latinum.

Reliquæ conſentiunt in utrâque linguâ.

Accentus

Acutus lineola recta ad ſiniſtram (´), Gravis ad dextram cadit (`). Circumflexus linea eſt incurva (~).

Acutus afficit ultimam, penultimam, vel antepenultimam, longam vel brevem; Circumflexus ultimam, vel penultimam, duntaxat longam.

Gravis tantùm in ultimâ ſignatur; ſed in omni ſyllabâ tono vacuâ intelligitur, ideoque dicitur Syllabicus tonus.

Si tonus ſyllabam antepenultimam acuat, vox dicitur antepenacuta, ut Ἄγγελος; ſi penultimam acuat, penacuta, ut κόσμος; ſi ultimam gravet vel acuat, acutitona, ut χεὶρ, τίς.

Tonus ſi circumflectat penultimam, vox dicitur Antecircumflexa, ut σῦκον; ſi ultimam, Circumflexa, ut συκῆ.

Vox in fine nuda accentu dicitur Gravitona, ut ἄγγελος, κόσμος, σῦκον.

Accentus afficit priorem ſyllabam, ſed nullus omnino à fine quartam; neque quidem vel Acutus tertiam, vel Circumflexus ſecundam quando ultima longa eſt, ut Ἀλέξανδρος, ταμίας, μῦσης.

Penultima longa ante finalem brevem, ſi tonum habuerit, circumflectitur, ut μῦσα, πρᾶξις, φᾶρος, δῖνος, σῦκον.

Οι & αι, in fine vocis, ratione accentûs ſaltem, pro brevibus habentur, ut ἄνθρωποι, μῦσαι; niſi con-

contractæ, ut ἔυνοοι, ἔυνοι, aut in modo potentiali, ut λελέχοι, τιμήσαι.

Accentus possidet eandem syllabam vocis rectæ & obliquæ, φρονὶς, φρονίδος.

Nomina primæ declinationis circumflectunt genitivum pluralem, ut μέσα, μεσῶν.

Nomina Acutitona primæ & secundæ declinationis circumflectunt genitivum & dativum per omnes numeros, ut τιμή, τιμῆς, τιμῇ; τιμαῖν; τιμῶν, τιμαῖς.

Vox Monosyllaba incontracta acuitur, ut χεὶρ; sed verbum circumflectitur ut ἦν, δῶ.

Nomina Monosyllaba imparisyllabicè flexa acuunt genitivum & dativum singularem, & dativum pluralem, ut χεὶρ, χειρὸς, χειρὶ; χερσὶ; circumflectunt verò genitivum dualem & pluralem, ut χεροῖν, χειρῶν.

Vocativus circumflectit -εῦ, & -οῖ, ut βασιλεῦ, λεχοῖ; & retrahit accentum, quando exit in -ερ ut πατὴρ, πάτερ.

Contractio ex acuto & gravi parit circumflexum, ut τειχέων, τειχῶν.

-Ω Futuri primi post liquidam, & omnis Futuri secundi circumflectitur, ut σπερῶ, λεγῶ; item -ω vocis passivæ, & verbi in -μι, ut λεχθῶ, τιθῶ.

Infinitivus tonum gerit ante -ναι, ut τιθέναι, λελογέναι, λεχθῆναι; ante -αι in indefinito primo vocis Activæ, secundo Mediæ, & perfecto Passivæ, ut τιμῆσαι, λεγέσθαι, λελέχθαι.

Indefinitum secundum circumflectit -εῖν infinitivi, -ὲ imperativi, ut λεγεῖν, λεγὲ.

Articulorum & Pronominum Spiritus atque Accentus ex Paradigmate patent.

Cætera de Accentibus ſuo loco; Hæc flectendis Nominibus Verbiſque inſerviant.

Etymologia

Cum Latinâ convenit; niſi quòd Græci addant numerum Dualem, & Ablativum ſemper Dativo ſimilem habeant.

Articulus

Eſt duplex; Demonſtrativus, qui dicitur etiam Præpoſitivus, ὁ, ἡ, τὸ; Relativus, qui dicitur etiam Subjunctivus, ὃς, ἣ, ὃ. p. 16.

Declinationes Subſtantivorum

Sunt quinque; tres Simplicium, duæ Contractorum; Genitivus Primæ exit in -ου vel -ης; ſecundæ in -ου; Tertiæ in -ος; Quartæ in -υος aut -ους; Quintæ in -εος.

Prima declinatio quatuor habet terminationes -ας -ης maſculini generis, -α -η fœminini. p. 24.

Nomina finita in -α puro, vel in -ρα, cum nonnullis aliis, ſervant -α in Genitivo & Dativo; ut φιλία, φιλίας, φιλίᾳ; ἡμέρα, ἡμέρας, ἡμέρᾳ.

In Vocativo terminationes -ας -ης rejiciunt ς; -ϖης, & -της, item -ης vocis vel Gentilis vel ex μέλρῶ, ϖωλῶ, τριϐω compoſitæ, vertunt -ης in -α; ut ϛεροπης -α, κλέπ]ης -α, Σκύθης -α, γεωμέτρης -α, βιϐλιοπώλης -α, ϖαιδοῤῥίϐης -α; ϛης parit -ϛη & -ϛα, ut λησὴς, λησῆ & λησά.

Secunda

Secunda declinatio duas habet terminationes, -ος masculini generis, ut κύριος; -ον neutrius, ut σκῆπτρον.

N. B. Iota distinctivum subscribitur dativis in -ᾳ, -ῃ, -ῳ.

Tertia declinatio omnia habet genera, & ferè omnes terminationes, quæ his versiculis continentur.

Masculea -αν, -ην, -ων, -υν, -ηρ, -ωρ, -υρ, -ας, ης, -ως, -εις, -ευς, -ξ, -ψ. Fœminea -ειρ, -ιν, -της, -ις, -υς, -ηδων, Sic -ὰς, -άδος: Sunt neutra -ας, ας; Vocalis; -αρ, aut -ορ. p. 25.

Quædam nomina in -ηρ -ερος sæpe excludunt ε, ut μήτηρ, πατὴρ, γαστὴρ, ex genitivo et dativo singulari; θυγάτηρ per omnes casus; ἀνὴρ accipit δ loco ε; κύων omittit -ο, nisi in vocativo singulari.

Quarta declinatio, sive prima Contractorum, duas habet terminationes; -υς, vocis gravitonæ, masculini generis, ut βότρυς; acutitonæ fœminini, ut ἰλὺς; -ω fœminini, ut λεχώ.

Nomen in -υς contrahit tres casus plurales N. Ac. V. Nomen in -ω contrahit tres casus singulares G. D. Ac. effert vocativum per -οι, & per reliquos numeros flectitur more secundæ declinationis.

Quinta declinatio, sive secunda Contractorum, septem habet terminationes, -ης -ευς -υς masculini generis; -ις fœminini; -ους, item (usu rariores) -ι & -υ neutrius. p. 26.

Nomen in -ης & -ους contrahit omnes casus imparisyllabicos præter Dativum pluralem. Cætera contrahunt Dativum singularem, N. Ac. V. pluralem.

Formatio

Formatio caſuum in declinatione Impariſyllabicâ.

Accuſativus

Nominum Gravitonorum in -ις & -υς impurè flexorum formatur per -α & -ν, ut ἔρις, ἔριδος, ἔριδα & ἔριν; κόρυς, κόρυθος, κόρυθα & κόρυν: purè flexorum per -ν tantùm, ut τέρψις, τέρψεος, τέρψιν.

Vocativus

Sæpe corripit longam, vel abjicit -ς nominativi.

Nomina in -ης -εος, -ωρ -ορος, -ων -ονος; pleraque in -ὴρ -έρος; & Adjectiva in -ην -ενος, corripiunt longam; ut Σωκράτης, Σωκράτεος, Σώκρατες; Ἕκτωρ, Ἕκτορος, Ἕκτορ; Ἀγαμέμνων, Ἀγαμέμνονος, Ἀγάμεμνον; πατὴρ, πατέρος, πάτερ; τέρην, τέρενος, τέρεν. Item σωτὴρ, σωτῆρος, σῶτερ.

Flexa per -ντος, exceptis Participiis, amittunt -τος; ut λέων, λέοντος, λέον; -εις -εντος amittit ς & -τος, ut πλακόεις, πλακόεντος, πλακόεν & πλάκοεν; -ας -αντος parit -αν, ut μέλας μέλανος, μέλαν.

Nomina gravitona in -ις & υς, & Adjectiva etiam acutitona amittunt ς, ut τέρψις, τέρψι; βότρυς, βότρυ; ὀξὺς, ὀξύ.

Diphthongus perdit ς, ut βασιλεὺς, βασιλεῦ; niſi in his πᾶς, ὁδὰς, κλεὶς.

Nonnunquam ξ abjicitur, ut ἄναξ, ἄνα.

Dativus Pluralis

Fit à dativo ſingulari per injectum σ ante ι, ut ῥήτορι, ῥήτορσι; rejectis δ, θ, ν, τ, ut σώματι, σώμασι.

Diphthongus in recto ante -σ ſervatur, ut βοῦς βουσί; niſi in his, πῶς, πωσὶ, οὖς ὠσὶ, κλεὶς κλεσί.

-Ενϛι fit -εισι, -ονϛι -υσι; ut πλακόεις πλακόενϛι πλακόεισι, λέων λέονϛι λέυσι.

-ρι fit -ρασι in nominibus ſyncopen paſſis, ut πατρὶ ἄσι: γαστὴρ verò γαστῆρσι.

-ι Poeticè fit -εσι vel εσσι, ut ἔπει ἐπέεσι vel ἐπέεσσι.

-ι in dativo plurali poſtulat ν ante vocalem, ut χερσὶν ἀνίπϛοις. Εἴκοσι capit ν per omnes caſus.

Adjectiva

Flectuntur juxta formas Subſtantivorum.

Tres ſunt Declinationes.

Prima continet τρικατάληκϛα in -ος, -ας, -εις, -ων, -υς; ut καλὸς, πᾶς, χαρίεις, ἑκὼν, ὀξύς. p. 27. 28.

Adjectiva in -ος puro, vel -ρος formant fœmininum per -α; ut ἅγιος ἁγία, καθαρὸς, καθαρὰ; ſed vox in -εος, vel -οος, vel compoſita in πλοος per -η, ut χρύσεος χρυσέη, ὄγδοος ὀγδόη, ἁπλόος ἁπλόη.

Αλλος format neutrum per ο.

Secunda declinatio continet Δικατάληκϛα, in -ν, -ρ vel -ς puro.

1mo Simplicia pariter & compoſita, in -ης, -ην, -ις, ἀληθὴς, ἄρρην, τίς.

2do Compoſita ſola, in -ος, -υς, -ων, ut ἔνδοξος, ἄδακρυς, εὐδαίμων. p. 29.

Eleganter Adjectiva trium terminationum flectuntur per duas, ut αἰώνιος αἰώνιον; duarum per tres, ἀθάνατος, ἀθανάτη, ἀθάναλον.

Tertia Declinatio continet μονοκατάληκλα, in -ς, impuro, vel Subſtantivo, ut Ἥλιξ, θρασύχειρ, τριγλώχιν.

Comparatio Adjectivorum.

Adjectiva comparantur verſo -ς in -τερος & -τατος; ut σεμνὸς, σεμνότερος, σεμνότατος. Poſt brevem ο fit ω, ut σοφὸς, σοφώτερος σοφώτατος. -υς præterea facit -ίων & -ιστος, ut εὐρὺς εὐρύτερος & εὐρίων, εὐρύτατος & εὔριστος: interdum -ίων cum præeunte conſonâ fit σσων, ut ταχὺς ταχίων θάσσων.

Adjectiva in -ας per -αν; in -εις vel ης per -ες; in -ην vel -ων pluraliter capiunt -τερος & τατος; ut μέλας μελάνλερος μελάντατος, χαρίεις χαρίεσερος χαριέσλος, εὐσεβὴς εὐσεβέσερος εὐσεβέσλος, τέρην τερενέσερος τερενέσλος, σώφρων σωφρονέσερος σωφρονέσλος.

Nonnulla vertunt -ος in έσερος -ίσερος; -αίτερος, ut αἰδοῖος αἰδοιέσερος, λάλος λαλίσερος, μέσος, μεσαίτερος.

Pauca patiuntur Syncopen, ut φιλὸς φίλτερος φίλτατος; γεραιὸς γεραίτερος γεραίτατος; δεξιὸς δεξίτερος δεξίτατος.

Flexio

Flexio Comparativi in -ων

Comparativum in -ων tollit -ν ex Ac. ſingulari, & ex N. Ac. V. plurali; & præterea contrahit -οες -οας in ους, -οα in ω. p. 31.

Comparatio Irregularium. p. 31, 32.

Adjectivum Numerale

Primo Cardinale εἷς, δύο, τρεῖς, τέσσαρες. Cætera ad Centum ſunt Aptota, πέντε, ἕξ, &c. p. 32. 33.

Secundo Ordinale πρῶτος, δεύτερος, &c. p. 34.

Adverbia Numeralia. p. 180.

Literæ exprimunt Numeros; Novem priores Unitate, octo ſequentes Denario, poſtremæ Centenario creſcunt. p. 33. 34.

Inſeruntur triplici ordini tres notulæ, ἐπίσημον βαῦ, vel ϛαῦ, ϛ 6. κόππα vel lamed ϟ 90. σάμπι, ϡ, 900.

Literæ punctulis ſubnotatæ millenarios ſignificant, ut ͵α 1000, ͵β 2000, &c.

Majuſculæ I. 1, Π 5, Δ 10, H 100: X 1000, M 10000: geminatæ geminant numerum, II 2, ΠΠ 10.

Majuſcula Π includens aliam majuſculam quintupla eſt incluſæ $\overline{\Pi_{\Delta}}$ 50.

Apud Homerum literæ, excluſis notulis, numerum Ordine deſignant, ι nonus, κ decimus, ϱ decimus ſeptimus, ω viceſimus quartus.

Pronomina

Pronomina

Sunt ſedecim; quorum tria Subſtantiva primitiva, Ἐγὼ, Σὺ, οὗ. p. 37.

Cætera ſunt Adjectiva, trium terminationum in -ος & eodem more flectuntur: Primitiva tria, quæ faciunt neutrum per -ο, ἐκεῖνος, ἕτος, αὐτός: Poſſeſſiva octo, ἐμὸς, meus; σὸς, tuus; ὅς, σφέτερος, ſuus; ἡμέτερος, νωΐτερος, noſter; ὑμέτερος, σφωΐτερος, veſter; Duo Gentilia, ἡμεδαπὸς, noſtras; ὑμεδαπος, veſtras. p. 38.

Compoſita triptota ἐμαυτῦ, σεαυτῦ ſingularem tantùm numerum habent; ἑαυτῦ ſingularem & pluralem. Αὐτὸς & ἑαυτῦ, τριπρόσωπα ſunt; ἕ, σφέτερος, ἑαυτῦ Reciproca.

Heterogenia. p. 41.

Typus Nominum, quæ à communi formâ flexum variant; Ζεὺς, γυνὴ, χεὶρ, γάλα, δόρυ, γόνυ, Ἡρακλέης, χρύσεος, ἁπλόος, μελιτόεις, τιμήεις, ἥμισυς, σάος, ἀλλήλων, δεῖνα, πολὺς, μέγας, τάλας. p. 50. &c.

Spiritus nominum p. 53. Quantitas p. 58. Accentus 60. Dialectus 68. Declinationes Atticorum & Ionum p. 71, 72.

Verbum

Verbum

Eſt triplex; in
- -μι Subſtantivum Εἰμὶ.
- -ω
  - Gravitonum Activum, ut λέγω; Neutrum, ut ὑγιαίνω; Contractum, ut τιμῶ.
- -ομαι
  - Gravitonum Paſſivum, ut λέγομαι; Medium, ut rurſus λέγομαι; Deponens, ut ἕπομαι; Contractum, ut τιμῶμαι.

Tempora & Modi eadem ſunt ac apud Latinos; ſed addunt Græci Modis Subjunctivum, Temporibus Paulo-poſt-Futurum (quod merè Paſſivum eſt) & duo Indefinita.

N. B. Indefinitum ita dicitur quia tempus agendi non definitum ſignificat.

E temporibus quatuor ſunt Principalia; Præſens, duo Futura, Perfectum.

Reliqua ſunt Cognata, à Principalibus oriunda; Imperfectum à Præſenti, Indefinita à Futuris, Pluſquam-perfectum, & Paulo-poſt-Futurum à Perfecto.

Verbum εἰμί. p. 80.

Verbum

Verbum in -ω.

Quatuor habet Conjugationes per literam Characteriſticam facilè notas.

Litera Characteriſtica præcedit -ω vel -ομαι Thematis; extra præſens litera vicaria eſt.

Literæ Characteriſticæ conjugationis primæ π, β, φ, πτ. Secundæ κ, γ, χ, σσ, vel τ. Tertiæ τ, δ, θ, ζ, ω purum. Quartæ λ, μ, ν, ρ, μν.

Duarum prima litera Characteriſtica eſt; ſecunda in Futuro & Perfecto excidit.

Verbum primæ Conjugationis format futurum primum in -ψω, Perfectum in -φα, ut γράφω γράψω γέγραφα. Secundæ in -ξω & -χα, ut λέγω λέξω λέλεχα. Tertiæ in -σω & -κα, ut θύω θύσω τέθυκα.

Futurum primum quartæ, & futurum ſecundum omnium Conjugationum circumflectit -ω præſentis. Perfectum quartæ vertit -ω in -κα, ut ψάλλω ψαλῶ ἔψαλκα. Sed -μω & μνω fiunt -μηκα, ut νέμω νεμῶ νενέμηκα, τέμνω τεμῶ τέτμηκα.

Formatio Temporum.

Perfectum, & omnia Cognata in initio augmentum capiunt.

Augmentum eſt duplex; Temporale, mutabiles α ε in η, ο in ω; ut ἄγω ἦχα, ἐλπίζω ἤλπικα, ὀρύτ]ω ὤρυχα: Syllabicum, ε præpoſitum conſonæ, ut ψάλλω, ἔψαλκα.

Si

Si conſona ſimplex, vel muta ſequente liquidâ, inchoat verbum, Perfectum repetit primam conſonam cum ε; ut λέγω λέλεχα, γράφω γέγραφα.

Fines quoque Principalium Cognata ſic variant; Imperfectum & Indefinitum ſecundum mutant -ω in -ον; ut λέγω λεγῶ ἔλεϛον. Indefinitum primum mutat -ω in -α; ut λέξω ἔλεξα; Pluſquamperf. -α in -ειν; ut λέλεχα ἐλελέχειν.

Quædam verba ab ε incipientia adſciſcunt ι loco Augmenti; ut ἔλκω εἷλκον.

Augmentum non ultra Indicativum progreditur, niſi in Perfecto, & Paulo-poſt-Futuro:

Sed pauca admodum verba retinent augmentum per omnes modos; ut ab ἔπω Ind. 2. εἶπον, εἰπὲ, εἴποιμι, εἴπω, εἰπεῖν, εἰπών.

Paradigmata temporum & modorum. p. 93.

N. B.

Futura carent Imperativo & Subjunctivo, Imperfectum & Pluſquam perfectum omnibus modis præterquam Indicativo.

Quando ω circumflectitur, retinetur tonus cum longâ; ε capit ι, ο capit υ, per omnes voces, modos, & perſonas.

Verbum in -ομαι Paſſimum et Medium.

Formatio Temporum.

Tempora Paſſiva & Media formantur à ſimilibus Activis.



Paulo-poſt-Futurum fit ex ſecundâ perſonâ perfecti paſſivi, verſo -αι in -ομαι, ut λέλεξαι λελέξομαι.

Perfectum & Pluſquamperf. Medium ſervant terminationem Activam, aſſumptâ characteriſticâ futuri ſecundi; ut τυπῶ τέτυπα ἐτετύπειν. Sed thematis penultima αι fit ῃ, ut φαίνω πέφῃνα; ει fit οι, ut πείθω πέποιθα; ε, item ει quartæ, thematis biſyllabici, fit ο, ut λέγω λέλοſα, σπείρω ἔσπορα.

Tempora Media, Perfectum, Futurum ſecundum, & ipſorum Cognata, Paſſivo ſæpius, Reliqua Activo ſenſu accipiuntur.

Regulæ Perſonarum per omnes voces.

Tempora in -μαι & -μην habent primam perſonam Dualem, quâ cætera carent.

Cognata tempora Indicativi, & omnia tempora modi Potentialis, flectunt tertiam Dualem in -ην, Pluralem in -ν: Tempora in -μην per -νſο; ut ἔλεγον, ἐλεγέτην, ἔλεγον; ἐλεγόμην, ἐλεγέσθην, ἐλέγονſο.

Perſonæ

Perſonæ ſingulares ſecundæ & tertiæ Subjunctivi Modi, ſecundæ etiam temporum omnium in -μαι ſubjiciunt ι Indicativi eliſum finalibus α, η, ω; ut λέγω, λέγῃς, λέγῃ; λέγομαι, λέγῃ.

Similiter omnes perſonæ Potentialis Perfecti in -μην puro ſubnotant ι characteriſticam penultimis η & ω, ut βεβοήμην, βεβοῆο, βεβοῆτο; κεχρυσώμην, κεχρυσῶο, κεχρυσῶτο.

Tertiis perſonis in ι vel ε definentibus ν additur.

Perfecta in -μαι imputo, ut Modum Potentialem & Subjunctivum, ita & tertiam pluralem Indicativi, ſupplent de participio & verbo εἰμί.

Paradigma perſonarum. p. 81, 95, 101, 103.

Verbum Deponens in -ομαι

Format tempora Futurum ſecundum & Indefinitum ſecundum ſicut Media, ut ϖυθοῦμαι; ἐπυθόμην; Futurum primum & Indefinitum primum velut Media pariter & paſſiva, ut δέξομαι ἐδεξάμην, δεχθήσομαι ἐδέχθην: cætera tantùm ut Paſſiva.

Tempora formæ Paſſivæ Paſſivè, cætera Activè frequentiùs ſignificant.

Verbum vix unum omnia habet tempora.

Paradigma temporum. p. 105.

Flectionem per modos & perſonas terminatio edocet.

Verbum Contractum ſive Circumflexum.

Verba in -ά*ω*, -έ*ω*, -ό*ω*, contrahunt omnes perſonas Præſentis & Imperfecti; per cætera tempora flectio Barytona eſt.

Futurum Primum & Perfectum penultimam producunt, *α ε* in *η*, *ο* in *ω*; ut *τιμάω τιμήσω τετίμηκα*, *φιλέω φιλήσω πεφίληκα*, *χρυσόω χρυσώσω κεχρύσωκα*.

Perfectum Paſſivum abjicit *κ*, more quartæ.

Forma Contractionis.

Ω, ut in nominibus, ita in verbis abſorbet præcedentem vocalem.

Verba in -ά*ω* contrahuntur per *α*; ſed *αο*, *αοι*, *αυ* per *ω*.

Verba in -έ*ω* tollunt *ε*; ſed *εε* in *ει*, *εο* in *υ* contrahitur.

Verba in -ό*ω* contrahuntur per *οι*; ſed *ο* & *η* vocalis per *ω*; *οε*, *οο*, *ου*, per *υ*; -*όειν* infinitivi per -*οῦν*.

Paradigmata vid. p. 94, 95, 100, 101.

Verba in -*μι*

Fiunt ex Contractis; -*ημι* ex -ά*ω*, έ*ω*; -*ωμι* ex -ό*ω*. Reduplicatio *ι* præponitur Themati, ut *ε* Perfecto Barytono, ſcilicet *ι* nudum ante duas conſonas, vel duplicem, vel etiam ante vocalem, ut *ἵζημι* à *ϛάω*, *ἵημι* ab *ἔω*; alibi cum

repetitione primæ conſonæ, ut τίθημι à θέω, δί-δωμι, à δόω.

Formatio Temporum.

Imperfectum format -μι in ν, ut prius εἰμι ἦν, ita τίθημι ἐτίθην, ἵςημι ἵςην.

Indefinitum ſecundum tollit reduplicationem Imperfecti; ut ἐτίθην ἔθην, ἵςην ἔςην.

Reliqua tempora formantur à themate Contracto, ut ἵςημι ςήσω, &c. ſed nullum eſt omnino Futurum ſecundum, nec (quæ ipſius characteriſticam ſequuntur) Indefinitum ſecundum Paſſivum aut Perfectum Medium.

Communi uſu veniunt θὲς ἓς & δὸς pro θῆτι ἧθι δῶθι; θεῖναι εἶναι δεῖναι, pro θῆναι ἧναι δῶναι; item in Perfecto τέθεικα pro τέθηκα.

Hæc tria Indefinita, ἔθηκα, ἔδωκα, ἧκα, habent κ pro σ; & extra Indicativum vix occurrunt, niſi in Compoſitis.

Thematis vocales α, ε, ο, extra Indicativum redeunt.

Perſonæ.

Variantur ferè juxta typum verba εἰμί.

Præſens & Imperfectum Indicativi vocalem primæ perſonæ longam ſingulariter retinent; breves autem α, ε, ο, ſuo verbo proprias, extra ſingularem revocant. Eodem modo flectuntur Indefinita ἔθην, ἔδων, ἧν; cætera ſervant longam.

Pluralis tertia Præſentis vel capit ſubjunctivam vocalem, ut τιθεῖσι, vel extendit ancipitem, ut ἱᾶσι.

Paradigmata, vid. p. 109. &c.

Vox Paſſiva & Media.

Formatio Temporum.

Penultima Activorum corripitur, ut τίθημι τίθεμαι: præter ει, ut τέθεικα τέθειμαι.

Imperfectum utriuſque vocis, & Indefinitum ſecundum Medium, vertit -ν in -μην, brevi redeunte; ut ἐτίθην ἐτιθέμην, ἔθην ἐθέμην. Futurum primum & Indefinitum primum Paſſivum abjiciunt σ vel κ, mutatâ longâ in brevem; ut στήσω ςαθήσομαι ἐςάθην, θήσω τεθήσομαι ἐτέθην.

Paradigmata vid. p. 111, &c.

Verbum in -υμι

Fit vel à verbo in -ύω, verſo -ω in -μι, ut ζεύγνυμι à ζευγνύω; vel à contracto, verſo -ω in -ννυμι, ut κεράννυμι à κεράω, κορέννυμι à κορέω.

Imperfectum, ut ſuprà, format μι in -ν, ut ζεύγνυμι ἐζεύγνυν: cætera tempora deſiderantur, niſi quæ ſumuntur à Themate remoto, ad quod pervenitur, remigrante -νυμι vel -ννυμι in ω; ut ζεύγνυμι ζεύξω ἔζευξα ἔζυγον à ζεύγω; κεράννυμι κεράσω, &c. à κεράω.

Deſunt Potentiales & Subjunctivi.

Diſſyllabicum Thema habet Indefinitum ſecundum; ut Ἔδυν, δῦθι, δῦναι, δὺς; à δύμι.

Paradigmata vid. p. 119, &c.

Verbum

Verbum in -σκω

Derivatur à verbis in -άω, -έω, -ύω vel -όω, injecto σκ ante ω, ut γηράσκω à γηράω; ſæpius præpoſitâ reduplicatione, ut διδράσκω à δράω, & penultimâ productâ, ut γιγνώσκω à γνόω.

Interdum ι pro ε vel ο inſeritur; ut εὑρίσκω ab εὑρέω, ἁλίσκω ab ἁλόω.

Ultra Imperfectum tempora formantur à Themate Contracto; ſed ἁλύσκω, βρώσκω, διδάσκω, θνήσκω, formant futurum per -ξω.

Indefinitum ſecundum, ſiquod occurrat, formatur veluti à verbo in -μι, ut γιγνώσκω ἔγνων, ἁλίσκω ἥλων. Cætera a Barytonis noſcuntur.

Paradigmata, Vid. 121.

Participium

Uſu flexuque non multùm ab Adjectivo differt. p. 125.

Verbum Compoſitum

Obſervat formas Simplicium, ut ὁδοποιέω ήσω ὡδοποίηκα. Sed verbum à præpoſitione compoſitum retinet Augmentum ſimplicis, ut περιποιέω περιπεποίηκα; vocalem autem præpoſitionis ante propriam elidit, ut παράγω παρῆγον, ἀπογράφω ἀπέγραφον; exceptis περὶ & πρὸ, ut περιάγω περιῆγον, προάγω προῆγον.

Quædam hujus generis anteponunt præpoſitioni augmentum; ut καθεύδω ἐκάθευδον, ἀντιβολέω ἠντιβόλων, ἀφίημι ἧφιον.

Quædam in initio & medio augentur, ut ἐνοχλέω ἠνώχλεν: Paucula triplicant augmentum, ut ἀνοίγω ἠνεῴχθην.

Δὺς & εὖ augent mutabilem; ut δυσαρεσέω δυσηρέσεον, εὐεργετέω εὐηργέτεον.

P tam in compoſito, quàm propter augmentum, poſt vocalem geminatur; ut ῥέω ἀπορρέω, ῥίπτω ἔρριπτον.

Heteroſtoichia Temporum.

Futurum primum Activum

Ex penultimis αι & ει quartæ abjicit ι; ut φαίνω φανῶ, σπείρω σπερῶ.

Ex καίω & κλαίω vertit ι in υ; ut καύσω, κλαύσω.

Ex θέω, νέω, πλέω, πνέω, ῥέω, χέω format -εύσω; ut θεύσω, &c.

A -ζω ſæpe format -ξω, ut κράζω κράξω; rariùs -γξω, ut κλάζω κλάγξω; interdum -σω & -ξω, ut ἁρπάζω ἁρπάσω & ἁρπάξω.

A paucis in σσω format -σω; ut πλάσσω πλάσω.

In verbis quibuſdam contractis ſervat vocalem præſentis, ut δικάω δικάσω, τελέω τελέσω, ἀρόω ἀρόσω; & ſervat α ab omnibus in -άω poſt λ vel ρ purum, item poſt ε vel ι, ut γελάω γελάσω, ὁράω ὁράσω, ἐάω ἐάσω, κοπιάω κοπιάσω.

N. B. Brevis in Futuro retinetur etiam in Perfecto; ſed duo verba variant vocalem, καλέω καλέ-

καλέσω κέκληκα, δέω δήσω δέδεκα; & huic redit brevis, illi longa in Futuro Paſſivo, ut δεθήσομαι, κληθήσομαι.

Indefinitum primum Activum quartæ

Reſumit ει Præſentis, ut σπείρω σπερῶ ἔσπειρα; etiam ε Præſentis in ει mutat, ut νέμω νεμῶ ἔνειμα; Producit α Futuri in η, ut ψαλλω ψαλῶ ἔψηλα, φαίνω φανῶ ἔφηνα. N. B. In paſſivis redit brevis, ut ἔφηνα, ἐφάνθην.

Futurum ſecundum Activum

Vertit penultimas ε, η, ω, αι, αυ, in α, ut τρέπω τραπῶ, λήθω λαθῶ, τρώγω τραγῶ, καίω καῶ, ϖαύω ϖαῶ; ſed excipe λέγω λεγῶ, &c.

Ex penultimâ ϐ rejicit υ, ut ἀκϐύω ἀκοῶ; ex ευ & ει ε, ut φεύγω φυγῶ, λείπω λιπῶ: ει verò quartæ, ut priùs, in triſyllabis deponit ι, ut ἐγείρω ἐγερῶ; fit α in diſſyllabis, ut σπείρω σπαρῶ.

Ex verbis in -ζω vel -σσω, ſi faciunt Futurum primum in -σω, formatur per -δῶ; ſi in -ξω, per -γῶ; ut φράζω φράσω φραδῶ, ὀρύσσω ὀρύξω ὀρυγῶ.

Pro ϖ ſumit β in his tribus, βλάπ⌋ω βλαϐῶ, καλύπ⌋ω καλυϐῶ, κρύπ⌋ω κρυϐῶ: φ in his octo, ἅπ⌋ω ἁφῶ, βάπ⌋ω βαφῶ, δρύπ⌋ω δρυφῶ, θάπ⌋ω ταφῶ. θρύπ⌋ω τρυφῶ, ῥάπ⌋ω ῥαφῶ, ῥίπ⌋ω ῥιφῶ, σκάπ⌋ω σκαφῶ.

Perfectum

Perfectum Activum

Variat Penultimam ει, αι, & interdum ε, veluti Futurum ſecundum, ut σπείρω ἔσπαρκα, ἐγείρω ἔγερκα, ϛέλλω ἔϛαλκα, φαίνω πέφᾶϊκα.

A verbis in -ίνω aut είνω diſſyllabis tollit ν, ut κρίνω κέκρικα, τείνω τέτακα; -ηκα ſæpe abjicit primam Thematis vocalem, ut τέμνω τέτμηκα.

Futurum primum et Indefinitum primum Paſſivum

Variant penultimam ει quartæ, rariùs ε, veluti Futurum ſecundum; ut σπαρθήσομαι ἐσπάρθην, ἐγερθήσομαι ἠγέρθην, ϛαλθήσομαι ἐϛάλθην. Item abjiciunt ν, more Perfecti; ut τείνω ταθήσομαι ἐτάθην, κρίνω κριθήσομαι ἐκρίθην: ſed apud Poetas ν ſervatur, ut ἐκρίνθην.

Sæpe perdunt σ, præcipuè cùm penultima longa eſt; ut σώσω σωθήσομαι ἐσώθην, τιμήσω τιμηθήσομαι ἐτιμήθην: & Indefinitum vertit η in ε, ut εὑρέθην; interdum verò formatur per η & ε, ut ἐῤῥήθην ἐῤῥέθην.

A verbis, quæ amittunt primam Thematis vocalem ex Perfecto in -ηκα, ſimiliter eandem vocalem tollunt; ut τμηθήσομαι, κληθήσομαι. Formant -μῶ per -ηθήσομαι -ήθην, ut νεμῶ νεμηθήσομαι ἐνεμήθην.

Perfectum

Perfectum Paſſivum

Ex penultimâ ευ, more Futuri ſecundi, tollit ε; ut φεύγω πέφυ∫μαι: Ex verbis in -αίνω -ύνω capit σ pro ν, ut φαίνω πέφασμαι, μολύνω μεμόλυσμαι.

A τρέπω, τρέφω, ϛρέφω, mutat ε in a; ut τέτραμμαι, τέθραμμαι, ἔϛραμμαι.

Ab -ω puro, cùm penultima longa eſt, rariùs capit σ, ut ἀκκώ ἤκκσμαι; cùm brevis eſt, rariùs recuſat, ut δέω δέδεμαι; aliquando vel capit vel recuſat, ut κλείω κέκλεισμαι & κέκλειμαι.

PRÆ-

PRÆPOSITIONES.

SUNT octodecim; quarum ſeptem unicum regunt caſum, Ἀντὶ, Ἀπὸ, Ἐκ, Εἰς, Ἐν, Πρὸ, Σὺν; cæteræ plures.

Ἀμφὶ *de* Gen. Dat. *circa* Gen. Acc.

Ἀνὰ *cum* Dat. *per* vel *inter* Acc.

Ἀντὶ *pro* Gen.

Ἀπὸ *ab* Gen. *contra* vel *procul ab* Gen.

Διὰ *per* Gen. Acc. *propter* Acc.

Εἰς *ad* vel *in* Acc.

Ἐκ ante conſonam, ἐξ ante vocalem, *ex* vel *à* Gen.

Ἐν *in* Dat.

Ἐπὶ *ſuper* vel *in* Gen. Dat. Acc. *ad* Dat. Acc.

Κατὰ *adverſus* Gen. *ſecundum* Acc. *de* Gen. *ſub* Gen. *per* Gen. Acc.

Μετὰ *cum* vel *inter* Gen. Dat. Acc. *ad* Acc. *per* Acc. *poſt* Acc.

Παρὰ *apud* vel *juxta* Gen. Dat. Acc. *ab* Gen. *præter* vel *contra* Acc. *ſupra* vel *ultra* Acc.

Περὶ *circa* Dat. Acc. *de* Gen. Dat. *præ* Gen.

Πρὸ *pro* Gen. *ante* Gen.

Πρὸς *ad* Acc. *ab* Gen. *per* in jurando Gen.

Σὺν *cum* Dat.

Ὑπὲρ *pro* Gen. *ſuper* Gen. Acc.

Ὑπὸ *ſub* Gen. Dat. Acc. *ab* idem valet ac *ſub* Agentis.

Πίδακος ἈΜΦΙ μαχοντ', Ἑλένη τ' ἀμφ'. ἀμφὶ ῥέεθρα
Ἀμφ' ἴον εἰδώλε. ἈΝΑ σκήπτρῳ εἶσ'. ἀνὰ πύργον.
ἈΝΤΙ γάμοιο τάφος. πολαμῦ ἈΠΟ, κ' ἀπὸ θυμῦ.
ΔΙΑ μὲν ἀσπίδος ἦλθε, δι' ἔγχεα, κ' διὰ βελάς.
ἘΚ Διός. ἘΙΣ μισγαγκείαν. ἘΝ χερσίν. ἘΠ' ὤμων,
Ὦι ἐπὶ, κ' ἐπὶ σῆθος· ἐπὶ κλισίας, ἐπ' Ἀτρείδη.
Ἧ ΚΑΤ' ἐμῦ. καλὰ μοῖραν ἔειπεν· βὴ κατ' Ὀλύμπε.
Δὺ καλὰ γῆς. φοίτησε κατ' ἔρεος, ἢ καθ' ὅμιλον.
Τῶν ΜΕΤΑ μὲν, μελὰ δὲ σφισὶ, κ' μεθ' ομήλικας εἶναι·
Βὴ μετὰ δαῖτα· μελὰ πλήθυν· μελὰ πότμον ἑταίρων.
Οἱ ΠΑΡ' ἐμῦ, παρ' ἔμοιγε, παρὰ κλισίας· παρὰ νηῶν
Ὦσε· παρὰ γνώμην λέγε· παρ' δύναμιν πολέμιζε.
Αἷμα ῥέει ΠΕΡΙ δερὶ, περὶ χρόα, κ' περὶ σῆιο,
Καὶ περὶ βυσὶ μάχονται· ὀϊζυρὸς περὶ πάντων.
Ἶφι μαχησάμενος. ΠΡΟ τε παίδων· κ' πρὸ πυλάων.
ΠΡΟΣ λέχος εἶσιν· πρὸς Διὸς ἔσμεν. πρὸς Διὸς ὦμυ.
ΣΥΝ νηυσὶν φεύγει. Δαναῶν ΥΠΕΡ ἱέρα ῥέξε.
Στῆ δ' ἀρ' ὑπὲρ κεφαλῆς. ὑπὲρ ὦμον ἐλήλυθ' ἀκωκή.
Ἦλθεν ΥΠΟ γαίης· ὑπὸ δὲ δρυὶ κ' σπέος ἦλθε·
Κεῖτο δαμεὶς ὑπό τε Τρώων, ὑπὸ χερσὶ τε Τρώων.

Vocum Examinatio Grammatica.

QUÆ pars Orationis?
Articulus Demonſtrativus
Cujus Numeri? Casûs? Generis? quîcum concordat?
Articulus Relativus
Cujus Generis? Numeri? Perſonæ? quîcum concordat? Cujus Casûs? quare?
Nomen Subſtantivum
Quale? Cujus Declinationis? Generis? Numeri? Casûs? quare?
Nomen Adjectivum
Quot Terminationum? Cujus Gradûs? Numeri? Casûs? Generis? quîcum concordat?
Pronomen Subſtantivum
Cujus Perſonæ? Numeri? Casûs? quare?
Pronomen Adjectivum
Quale? Cujus Numeri? Casûs? Generis? quîcum concordat?
Verbum
Quale? Cujus vocis? Temporis? Modi? Numeri? Perſonæ? quîcum concordat?
Participium
Cujus Verbi? Vocis? Temporis? Numeri? Casûs? Generis? quîcum concordat?
Adverbium Quale?
Præpoſitio Qualis?
Conjunctio Qualis?

Per omnia reſponſa adhibendæ ſunt regulæ Grammaticæ, inflectendæ voces declinabiles, donec perventum eſt ad vocem propoſitam; & dicenda demum Proſodia.

INDEX

INDEX COMPENDII.

LITTERÆ 3
Spiritus 5
Notæ dictionis & sententiæ ibid.
Accentus 6
Etymologia 8
Articulus ibid.
Nomina { Substantiva ibid. / Adjectiva 11
Pronomina 14
Verbum 15
in ω 16
in ομαι deponens 19
contractum 20
in μι ibid.
in σκω 23
Participium ibid.
Verbum compositum ibid.
Heterostoichia temporum 24

BOOKS printed for W. & W. GINGER, *at the* College-Arms *in* College-Street, *near the King's School at* Weſtminſter.

HEbraicæ Grammatices Rudimenta.
Toſſani Lexicon, Hebraicum, 8vo.

Leuſden's Hebrew Pſalter, 12mo.

Grammatica Buſbeiana, Auctior & Emendatior, i. e. Rudimentum Grammaticæ Græco-Latinæ Metricum.

ΕΚΛΕΚΤΑ.

ΕΚ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ.

Epigrammatum Græcorum ex Ἀνθολογίᾳ editâ, MS. Bodleianâ, aliiſque Autoribus Delectus.

Poematum Græcorum minorum Delectus.

Theognidis Megarenſis Sententiæ Morales. Nova Latina Verſione, cum Indice ac Notis, ab Ant. Blackwall, 12mo.

Xenophontis de Cyri Inſtitutione Libri Octo. Per THOMAM HUTCHINSON, A. M. Editio Nona.

Demoſthenis Selectæ Orationes. Per RICARDUM MOUNTENEY, Editio Nona.

Sophoclis Tragœdiæ ſeptem Scholiis veteribus illuſtratæ: Cum Verſione et Notis THOMÆ JOHNSONI. Accedunt variæ lectiones, et emendationes virorum doctorum undecunque collatæ. Duobus Voluminibus.

Virgilius,
Horatius,
Ovid. Metam.
Phædrus,
Salluſtius,
Cæſar,
Juſtinus,
} in uſum Delphini. 8vo.

Publii Terentii Afri Comœdiæ ad Editionem Faernianam, et Harii, et Bentleii caſtigationes emendatæ, et notulis illuſtratæ partim novis, partim ex Donato, Dacierâ, &c. excerptis per THOMAM FITZGERALD, A. M. Editio Quarta.

M. Val. Martialis Epigrammata, emendatiora, et Notis illuſtrata, per THOMAM FITZGERALD, A. M. Editio Quinta.